Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et asinam ut excurram usque ad ho
minem dei et revertar. Nun ait ille. Re
bene causam habes adeum? Hodie
non sunt kalende neque sabbatum. At
ille dixit. Habeam. Stravitque asinam
et precepit puero. Mena et pera ne in
moram facias in eundo. Hoc age
quod precipio tibi. Profecta est igitur. Venit
ad montem dei in montem carmeli. Cum
que vidisset eam vir dei de con
tra. ait ad iezi puerum suum. Ecce sunamitis
illa. Vade ergo in occursum ei
et dic ei. Recte ne agitur circa te et
circa virum tuum. et circa filium tuum?
Et ait. Recte. Cumque venisset ad vi
rum dei in monte apprehendit pedes eius.
et accessit iezi ut amoveret eam. Et ait
homo dei. Dimitte illam. anima
enim eius in amaritudine est. et dominus
celavit a me et non indicavit mihi.
Hic dixit illi. Numquid petivi filium
a domino meo? Numquid non dixi
tibi ne illudas mihi? Et ille ait ad
iezi. Accinge lumbos tuos. et tolle
baculum meum in manu tua. et va
de. Si occurrerit tibi homo. non salutes
eum. et si salutaverit te quisquam. ne
rendas ei. et pones baculum meum super
faciem pueri. Porro mater pueri ait.
Vivit dominus. et vivit anima tua.
non dimittam te. Surrexit ergo
et secutus est eam. Iezi autem precesserat
ante eos. et posuerat baculum super
faciem pueri. et non erat vox neque
sensus. Reversusque est in occursum eius.
et nuntiavit ei dicens. Non surrexit
puer. Ingressus est ergo helyseus domum.
et ecce puer mortuus in lectulo eius
iacebat. Ingressusque clausit hostium
super se et super puerum. et oravit dominum.
Et ascendit et incubuit super puerum.
posuitque os suum super os pueri. et
oculos suos super oculos eius. et ma
nus suas super manus eius. et cur
vavit se super eum. et calefacta est caro
pueri. At ille reversus de ambulavit
in domo semel huc atque illuc. Et a
scendit et incubuit super eum. et osci
tavit puerum septies. aperuitque oculos.
At ille vocavit iezi. et dixit ei. Vo
ca sunamitem hanc. Hic vocata
ingressa est ad eum. Qui ait. Tol
le filium tuum. Venit illa et corru
it ad pedes eius. et adoravit super
eram. Tulitque filium suum. et egressa
est. Helyseus iuo reversus est in gal

Hic incipit capitulum

Erat autem fames gala
ad. et filii prophetarum habitabat
coram eo. Dixitque helyseus
ad puerum suum. Pone ollam gran
dem. et coque pulmentum filiis pro
phetarum. Et egressus est unus in agrum
ut colligeret herbas agrestes. in
venitque ibi vitem silvestrem. et colle
git ex ea colocynthidas agri. et im
plevit pallium suum. et revisus
concidit in ollam pulmenti. Nesci
ebat enim quid esset. Infuderunt se
cum ut comederent. Cumque gustas
sent de coctione. exclamaverunt di
centes. Mors in olla. mors est in ol
la vir dei. Et non potuerunt come
dere. At ille. Afferte mihi farinam.
Cumque attulissent. misit in ollam
et ait. Infunde turbe ut comedat.
Et non fuit amplius quicquam ama
ritudinis in olla. Vir autem quidam
venit de balsalisa. defens viro dei
panes primicias. xx. panes orde
aceos. et frumentum novum in pera
sua. At ille dixit. Da populo ut co
medat. Respondit ei minister eius.
Numquid hoc ut apponam coram
centum viris? Rursumque ille. Da ait
populo ut comedat. Hec enim dicit do
minus. Comedent. et superent. Posuit ita
que coram eis. Qui comederunt. et sup
fuit iuxta verbum domini. V. Naa
man princeps militie regis syrie
erat vir magnus apud dominum suum.
et honoratus. Per illum enim dedit
dominus salutem syrie. Erat autem

Hic incipit capitulum. V.